



**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

Quod nihil periculosius quam hoc sèculo temporaliter prosperari, nec à  
Deo paternè castigari 28.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

ARTH.  
ex verbis  
sacerdo-  
menti, ad  
r mundi.  
plares in-  
mnisque  
est, vint  
turpiu-  
eserunt  
r viuant  
o, mente  
i in stra-  
ois, iocis  
etam vii  
cum Sal-  
ratii estis,  
ibus, qui  
am. Ter-  
acti Hie-  
n Roma  
sby, ca-  
miraculo  
se aliter  
perfulti-  
mentis,  
in impe-  
s & poe-  
quantia  
in ve-  
stibus

**DE ARCTA VIA SALV.** 409

stibus atque pecunijs multi etiam phi-  
losophorum seipso dederunt, mira-  
beris, ut opinor, de gulositate, de curio-  
sitate, & auaritia Christianorum, non  
modo vulgi, sed etiam clericorum. De  
hoc Plato in Phedro, Tullius quoque  
& Seneca, Plato atq; Macro multa scri-  
pserunt.

Quod nihil periculosius quam hoc  
seculo temporaliter prosperari, nec a  
Deo paternè castigari.

*Articulus XXVIII.*

**D**isciplinam domini fili mi  
ne abijcas, & ne deficias  
quum ab ipso corriperis.  
Quem enim diligit D E V S,  
castigat, & quasi pater in filio compla-  
cet sibi. Exigit æquitas Dei ut sicut  
nullum bonum permanet irremunc-  
ratum, sic nullum malum transeat im-  
punitum. Portò electi in mundo hoc  
sine peccatis saltem venialibus non vi-  
uunt. In multis enim offendimus om-  
nes. Si dixerimus quia peccatum non  
habemus, nosipso seducimus. Septies  
insuper iustus cadit in die. Hoc itaque  
ad clementissimam diuinæ prouiden-  
tiæ pertinet dilectionem ac bonitatē,  
  
f                      vt ho-

*1. Ioan. 1.*

*Prou. 24.*

416 D. DIONYS. CARTH.

ut hominem in hac vita pro excessibus eius corrigat, ne in futuro durius puniatur. Præterea correptio ista seu castigatio Dei, qua hominem prædestinatum in seculo isto paternè exercet & visitat, non solū proficia est ad delēdā peccata commissa, sed etiam à presertim retrahit, atque ad vitandum futura disponit, dum occasiones peccandi remouet, terret, cautumque efficit.

*Isaie 28.*

Vexatio quippe, secundum Esaiā, dat intellectum, & qui virgam expertus est amplius metuit. Facit quoq; hominē sua peccata humiliter recognoscere atque dolere. Propter quod Dominus loquitur. Castigo te, ne tibi videaris in Hier. 30, noxiis. Rursusque Hieremias: Castigasti me Domine, inquit, & eruditus sum. Denique castigatio ista disponit ad gratiam ampliorem in via, maximaque, si patienter feratur, mercenam sortitur in patria. Hinc itaq; Deus suos electos in vita hac multipliciter corrigit, arguit & emendat. quemadmodum afferit: Ego quos amo, arguo, & castigo. His igitur elucescit, quod illi

*Apoc. 3.* qui nunc hoc modo non visitantur à Deo, sed impunite præuaricari sinuntur, & licet multis & magnis grauiis misere

DE ARCTA VIA SALV. 411

mis̄que subiaceant vitijs, nihilominus  
prosperātur, sublimantur, ditātur, lau-  
dantur, ad altiora condescendunt, & ad  
libitum viuunt: nō sint de sorte & nu-  
mero electorum, sed reproborum, pre-  
fertim cum scriptum sit, Omnes qui  
placuerunt Deo, per multas tribulatiō-  
nes transferunt fideles. Et Psalmista, *Iudi. 8.*  
Multæ, inquit, tribulatiōes iustorum.

Itaq̄ quod peruersi & reprobi non ca- *Psal. 33.*  
stigantur paterna nunc à Deo corre-  
ctione, est propter eorum demerita, q̄  
bus sic iram Dei incurront, vt non cor-  
ripiat eos in vita præsenti, quatenus  
æterna recipient in futuro tormenta  
inferni. Propter quod de reprobis &  
ingratis ait Psalmista, Dimisi eos se. *Psal. 80.*  
cundum desideria cordis eorum. Ibūt  
in adiunctionibus suis. Denique de  
hac temporali impiorum prosperitate  
atque iustorum multiplici afflictione  
sancti prophetæ, imperfectis condes-  
centes seu morem gerentes, per mo-  
dum admiratiōis loquuntur addñm.

Vnde Hieremias, Iustus quidem, in- *Hier. 12.*  
quit, tu es domine, si disputem tecum.  
Veruntamen iuste loquar ad te. Quare  
via impiorum prosperatur, & bene est  
omnibus qui præuaricantur in te.

f. 2

Et sa-

**Iob 21.** Et sanctus Iob, Quare impij viuunt,  
subleuati sunt, confortatiq[ue] diuitijs,  
& non est virga Dei super illos? Nem-  
pe de hacre solent imperfecti mirari,  
& quasi à seruitio Dei auerti, dum se  
conspiciunt tribulari, Perfecti autem  
taliter non mirantur neque mouētur,  
sciētes quod Deus propter causas iam  
taetas electos affigit, reprobos vero  
relinquit. Hæc ideo charissime scribo  
ut te cautum ac timoratum efficiam,  
quatenus tanto plus verearis inter re-  
probos computari: quanto te conspi-  
cis amplius p[ro]sperari, impunite pec-  
care, aduersa nō perpeti, corporis com-  
modis gloriari, magisque ad libitum  
conuersari, quanto insuper te vides  
magis placere, hominibus & laudari,  
**Psal. 52.** seu acceptari ab eis. Quia, ut ait Psal.

DEVS dissipauit ossa eorum qui ho-  
minibus placent: confusi sunt, quoni-  
am DEVS spreuit eos, Nonne horri-  
bile verbum est hoc? Et quidem Apost.  
idem quoque testatur, dicens: Si ho-

**Galat. 1.** minibus adhuc placerem, C H R I S T I  
seruus non essem. Et ipse Saluator, Vz  
**Luce 1.** quum benedixerint vobis homines,  
**August.** Hinc scite profecto Augustinus ait:  
Periculosior est hic mundus blandus  
quam

TH.  
viunt,  
diuitijs,  
Nem-  
mirati,  
dum se  
i autem  
ouetur,  
fas iam  
os vero  
e scribo  
ficiam,  
nter re-  
conspi-  
ite pec-  
ris com-  
ibitum  
e vides  
audari,  
it Psal.  
qui ho-  
quoni-  
horri-  
Apost.  
Si ho-  
I STI  
or, Vz  
mines.  
us ait:  
andus  
quam

DE ARCTA VIA SALV. 413

quam molestus: & magis cauendus est  
quum se afficit diligi , quam quum se  
admonet cogitque contemni: imò se-  
cūdum Gregorium, hos elegit DEVS,  
quos despicit mundus. Hinc est etenim  
quod idem Apostolus Paulus Corin-  
thijs scribit. Videte(inquiens)vocatio-  
nem vestram fratres ; quia non mul-  
ti sapientes secundum carnem , non  
multi potentes , non multi nobiles  
sunt inter vos. sed quæ stulta sunt mü-  
di elegit Deus . vt confundat sapien-  
tes. Et quæ infirma sunt mundi elegit  
Deus, vt confundat fortia, & ignobilia  
mundi , & contemptibilia ecce elegit  
Deus. Non ergo delectet tē frater inter  
magnoſ & diuitiſ ſeculi huius , inter  
carnaleſ & intimoſatoſ eſſe & viuere,  
ſed meliorib⁹ & doctiorib⁹ te ſem-  
per cōiūge, vt ſapienția virtutib⁹ que  
proficias , ne ſimul cum hoc mundo  
damneris , ſed inter ſanctoſ & electoſ  
ſors tua conſiſtat. Etenim ſi crediſ Hic *Hieronym⁹*

ron. ſciro quod de mille potētib⁹ & di-  
uitib⁹ müdi vix vnuſ inuenitur aptus  
regno Dei. Ora deū vt ſic te corrigat in  
preſenti, ne te poſtmodūc ođēnet in æ-  
ternum. Neq; enim melior es S. Hic.

1. Cor. 10

3 remia

414 D, DIONYS. CARTH.

qui ait: Corripe me domine. Verunt  
men in iudicio, & non in furore,  
forte ad nihilum redigas me. Nam  
Paul<sup>o</sup> testatur. Si extra disciplinā cl<sup>i</sup>  
ergo adulteri & non filij estis. O dile  
cte, nil tibi puta nocuius, q̄ inter int  
moratos, vanos, prauamq; societate  
cōsistere, nilediuerso salubrius: q̄ in  
pios, timoratos atq; deuotos manet.  
Noli affectionem sequi, sed rationem.

*Quod non vitat peccata mortalia, q̄  
non curat. solicite vitare venialia.  
Et de amico fidi ac familia.  
ri habendo, qui timo-  
ratus fit.*

Artic. XXIX.

Eccles. 27.  
Prou. 15.  
Eccles. 7.

I non in timore domini tu  
nueris te instanter, cito sub  
uertetur domus tua. Timo  
Dei retrahit à peccato. Pro  
pter quod Salomon loquitur. Qui  
met Deum, nihil negligit. Ille ergo  
Dei timore se se tenet, qui instanter, q̄  
indesinenter sollicitus est, ne Deum of  
fendat, aut damnationem incurra  
aut peccet. Porro domus nostra, de qua  
fatur allegata scriptura, cor nostrū est  
in quo per cogitationem & affectionem  
mane-